

Matthäus Coldebacius

Rector Academiae Francofurtanae Matthaeus Coldebacius, I. U. Doctor & Professor Publicus Ad exsequias funeris Quas ... Viro Dn. Johanni Hanau, Civi & aromatario huius urbis industrio, Marito suo dilectissimo A. d. VI. Id. Ianuarii honorifice adparatas cupit Relicta vidua Omnes iuris-dictioni suae subiectos amanter invitat. Anno Christi cl. I C. XXI.

[Frankfurt, Oder]: Hartmannianis, 1621

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777516292>

Druck Freier  Zugang





II — 1561. 22.

RECTOR
ACADEMIÆ FRANCOFUR-
TANÆ
MATTHÆUS

COLDEBACIUS,
J. U. Doctor & Professor Publicus

Ad exsequias funeris

Quas

Honestissimo & modestissimo

V I R O

D N. JOHANNI HANAU,

Civi & aroniatario hujus urbis industrio,

Marito suo dilectissimo

A. d. VI. Id. Januarij honorificè

adparatas cupit

Relicta vidua,

Omnes juris- dictioni suæ

subjectos amanter invitat.

Anno Christi

clo. Io. C. XXI.

Typis

FRIDERICI HARTMANNI.

P. 1560. 22.

ЯЗЫК
СУЕРГАМ

СОДЕБАНИИ

ЛІТОГРАФІІ ВІД ГІЛЬДІІ



Омегрії-Бгійніс

Ізпід Господського лісу

ІІІ. О. С. 100

ФРІДЕРІК ГАНГАМІНІ

Anciuum, nobilissimi & præstantissimi academæ cives, pol mors obtinet: nec ingenitæ ferita tem cum vetere anno unquam exuit: sed in novum semper infert, & perpetuò retinet. Ex quo enim diræ Serpentis astu inescati primi progenitores nostri interdictæ arboris fructum gustarunt: & summum, quasi bonum in visceribus ac medullis condidetunt: d'erepente mundo mors incubuit: & in omnes homines potestatem sibi sumvit: quâ ita impotenter utitur, ut eâ pœnè abutivideatur. Nam neque tempus ullū tam sanctum lætumve est, quod nō profanet ac turbet: nec locus ullus tam munitus aut sacer, quem non invadat & contaminet: nullus præterea sexus est, cui parcat: ætas nulla, à quâ manus contineat: status nullus, in quem non involet: quippe apud quam Sanatibus idem juris quod fortibus sit, &

Tros Tyriusve illi inullo discrimine agatur.

Fuit olim, ut Bilbilicus Poeta canit

terrarum de agentiumque, Roma:

cui par nil fuit, & nihil secundus:

fuit, inquam, caput vertexq; mundi, orbis epitome, sedes imperii, seminarium omnium virtutum, domicilium legum, gymnasium literarum, curia dignitatum, patria libertatis: & tamen ibi non minus quam alibi homines mori Hormisda olim regii Perlarum sanguinis Constantino Imperatori, quid de eâ sentiret, roganti audierit respondit. Cœli salubritate & loci amoenitate commendatur Tibur: & tamen, ut idem Poeta scripsit,

se mors

venerit, in medio Tibure Sardinia est: que insula solo melior, quam cœlo; & ut fœcunda, ita pœnè pestilens est. Multæ reperiuntur passim munitissimæ aices, fortissi-

mæ

mæ turres, validissima propugnacula: sed nulla tam firma, tantarumq; viriū, quæ mortis furor nō oppugnet, non expugnet. Summa est maris tranquillitas, & aeris serenitas, quo tempore Halcyones ovis incubant. Sunt & in bello induciæ, quas hostes inter se paciscuntur: quibus durantib. arma quiescunt, tormenta silent. At in terris nulla vitæ tranquillitas, nunquam à morte securitas est: & inducias illa aut nō da, aut quæ cum eā pacet& quotidiè exequunt. Jure civili fœminarum conditio multis in articulis deterior est, quam masculorum jure mortis naturali, quo

qui pote plus, urget,

parvirorum & mulierum ratio est. Sunt sua juvenibus in repub. & senib. privilegia: in mortis regno nulla. Parcicidium prope apud bene moratas gentes habetur interficere hospitem: at mors æquè in hospites graffatur atq; incolas. Originarij in honoribus, si idonei sint, præferuntur extraneis: mors eodem utroq; habet loco. Exempla, quibus ceu vivis coloribus ista, quæ diximus, pingantur, ceu prædibus confirmantur, ubivis locorum obvia sunt; nec in nostrâ hac urbe desunt. Quatuordecim jam dies sunt, cum Amplissimum Clarissimumq; virum, Dn. Joannem Christopborum Herdesianum, generosi Parris non degenerem Filium, inclytæ Noribergensium reipub Syndicum à morte, dum hac transit, jugulatum extulimus: quinq;, cum nobilem ac primæ nocte matronam Annam Schritterin/ quæ motus bellicos fugiens Gorlicio ad nos tanquam ad asylū quoddam confugerat, in puerperio venenatis mortis sagittis confosam in conditorium suum intulimus. Nunc ordo Joannem Hanau tetigit: cui in optimo ætatis flore constituto, & indigenæ, & sex nondum annorum mari-

to, &

te, & homini corpore ac valetudine firmâ, & rerum sua-
rum sat agenti mors vitam eripuit. Quæ strages ut pri-
mum edita est: exsecrata violentiam mortis est relicta
vidua juvenula criminatus eadem cum sorore *Sabina*
frater *Georgius Hanau*, vir ornatissimus: detestatus sacer-
Dn. Andreas Gesnerus, vir cōsultissimus & facundissimus,
reipub. hujus Actuatorius, & Curia atq; judicii Advoca-
tus. *Ursulaq; Prentzlovia* socrus: dira eidem imprecatus
sororius, *Dn. Gasp̄ar Fritschius*, medicamentarius peritis-
simus & diligentissimus, Senator reipub. opidanæ spe-
cūtatisimius: omnesq; vitam defunctim agno redemptam
voluissent. Idem tamen, posteaquam se ipsi colle-
gerunt, & recenti dolore dissipatas animi partes u-
num in locum coegerunt: quia mortem nec preci-
bus moveri norunt, nec minis terrori, nec placari
muneribus: tum quicquid factum est, non temere
aut fortuito casu, sed benignâ Dei voluntate factum
esse certò statuunt, eidemque repugnare capital esse
ducunt; non nihil de luctu suo, ut fas est, & pios ho-
mines decet, remittunt: præsertim cum sciant defun-
ctum longè meliori conditione jam esse quam
vivum: atq; ita in his terris militiam coluisse: ut reti-
nuerit fidem & bonam conscientiam ac famam. nec mi-
rum. Honestè n. in hanc vitam introiit: in eâ laudatè
fuit: ex eaq; piè exiit. Ingressus in hunc mundum est an-
no à partu virginis c. 15 xciv die xi Kal. Novembri:
satu editus *Dn. Joannis Hanau* Pharmacopæi hujus urbis
& aromatarij, Senatorij ordinis viri: & *Anne Osvvalde*
matronæ honestissimæ. Paternus eius avus *Joannes Ha-
nau*, *Joannis* principis in hac urbe Typegraphi F. philo-
sophiæ & Iatriæ tam diligentem operam dederat:
ut lauream ab utraq; obtinuerit: & cum suuctu discen-
tiū,

erum atq; agricantium hic docuerit & medicinam fer-
cerit. Maternus avus *Sigismundus Oswaldus* patria Vra-
tislaviensis, natione Silesius, reipub. opidanæ à secre-
tis fuit, eiq; muneri summâ fide ac industriâ præfuit.
Aviam paternam *Annam* vetusta & honesta Kulischio-
rum produxit familia: de quâ hodieq; Fürstenwaldia
super est *Dn. Andreas Kulisch*, vir optimus & integerissi-
mus, civis ibidem & Camerarius. Ex honesto hoc gene-
re, & honoratis parentibus *Johannes Hanau* noster pro-
dijs: à quibus in primâ statim pueritiâ ita educatus est:
ut recto talo in universâ vitâ, quantula cunq; ea fuit,
processerit, & ab honestatis tramite non deflexerit. Po-
ste aquam enim pietatis fundamenta jecerat: & litera-
rum peritiā in scholâ cum patriâ, tum Gubinense
tantam sibi compararat; quantam & ingenij, casu quo-
dam debilitati, captus admitteret, & vitæ nō literariæ,
sed forensis cultus requireret: ad eam, quam pater &
sororius probè didicerant & studiosè exercebāt, medi-
camentariam nempe se contulit artem: quæ & ipsa in-
genua, & in liberalib. numeranda: eamq; fideliter per-
cepit. Parentibus postea anno Christi M. D. CXIII. ex-
hac vitâ digressis: patre quidem 5 Kal. Mart. hic Fran-
cofurti, ubi & in templo superiore humatus est: matre
verò 6 id. Sept. in vico Falchenhagen vicino, quò pestis
in hac urbe grassantis metu secesserat, ibiq; & tabe e-
marcuerat, & corpus in æde sacrâ condi jusserat: ita in-
ter liberos superstites divisa est hereditas: ut *Georgio*
pecunia repræsentaretur: Sororio prædium suburbani-
num & officina medicamentaria cederet: *Johannes* in
pharmacopolio & aromatariâ negotiatione Patri suc-
cederet. Cui cum solus absq; sociâ & adjutrice com-
modè se præesse posse diffideret: communicato cum:
pro

propinquis & amicis consilio, annos natus uatum &
viginti, Ursulam Gesneriam, eximiâ pulchritudine & mo-
rum elegantia virginem sibi uxorem optavit: & tan-
dem etiam a parentibus, qui nullâ aliâ de causa, quam
quod nuptias festinari, & præmatura venere juventu-
tem enervari consultum non putarent, initio difficili-
ores erant, impetravit: cum eaq; nuptias A.C. 1615. a.d.
6 id. Jun. celebravit. Ex eo tempore vita inter conjuges
hosce sine bile & Deæ Viri placæ interventu peracta;
concordia sine jurgio alita; res familiaris sine fraude
aliorum curata est. Suscepti in conjugio biniliberi Jo-
annes & Georgius: qui hodieq; superstites Deo, vidua-
rum & pupillorum parenti ac tutori, cum matre viduâ
curæ erunt: sicut & qui nasciturus speratur posthumus.
Cum vicinis bene semper Joanni nostro convéait: idem
cum ementibus & vendentibus bonâ fide egit: in audi-
endo verbo divino, & sacramento Eucharistiae percipi-
iendo frequens fuit: in pijs precibus ad Deum fun-
dendis adsiduus: in elemosynis dandis pro re & facul-
tatib: liberalis. Tam honeste se gessit in vita Joannes
noster: ex quâ die ab hinc nono, qui erat ultimus an-
ni veteris, vel, more Romano, primus anni novi intra-
duodecimam & primam noctis egressus est; cum ætatis
annum vicesimum septimum, enneaticum tertium
paullò ante esset ingressus: non fila vitæ abiumpenti-
bus puellis lanificis: sed febre petechiali, quam vocat,
quæ illum die XX. Decembri superioris anni invase-
rat, nec ullis aut precibus, aut lachrymis, aut pharma-
cis, quamvis plurimis ex præscripto Medici adhibitis
profligari poterat, & irritata quasi atq; irata catar-
rhum suffocativum in ipsâ luminarium oppositione,
&

& anginam in subsidium acciverat, viresq; ejus omnes
prostraverat, ei usurā vitæ hujus, non tamen usum rati-
onis, quā ad extremum usq; halitum integrā utebatur,
eripiente: vel, ut rectius loquar, Imperatore cœlesti ex
statione suā militem hunc Christianum evocante. Ani-
ma ejus, ut piè credimus, in manu Dei est: quippe san-
guine Christi lota, vitæ pane pasta, carne vivificâ refe-
cta: & ab ipso jam morti vicino pijs precibus cœlesti
Patri commendata: corpus exanime relicta vidua, ma-
rito dulciss, orbata, & in graviss. luctum conjecta, ho-
norifice terræ mandare hodie satagit. In magnam au-
tem spem erecta est fore, ut in funus defuncti mariti
frequentes procedatis, si programmate nostro evoce-
mini. Evoco ego vos, invito vos amanter & humaniter.
Date vos ergo hoc, quod petitur & exspectatur,
denato viro honesto & modesto, ejusq; vitâ functo-
rum parentum beatis manibus: date viventi Socero, &
reliquis ab utraq; parte propinquis: quorum animus
nec à literis, nec à vobis alienus est, & studia in ordi-
nem nostrum non obscura: date, inquam, & post hos
- ram hujus diei duodecimam ante ædes viduæ fre-
quentes convenite, defuncto exsequias ite,
optimeq; vivite & va-
lete.

M. C. N.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777516292/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777516292/phys_0012)



te, & homini corpore ac valetudine suum sat agenti mors vitam eripuit. Qum edita est: exsecrata violentiam vidua juvencula: criminatus eadem c frater *Georgius Hanau*, vir ornatissimus Dn. *Andreas Gesnerus*, vir consultissimus reipub. hujus Actuarius, & Curia atq tuis. *Ursulaq Prentzlovia* socrus: dira ei fororius, Dn. *Gasper Fritschius*, medicus & diligentissimus Senator reip etatissimus: omnesq; vitam defuncti voluissent. Idem tamen, posteaq gerunt, & recenti dolore dissipatas num in locum coegerunt: quia m bus moveri norunt, nec minis terr muneribus: tum quicquid factum aut fortuito casu, sed benigna Dei esse certò statuunt, eidemque repudcunt; non nihil de luctu suo, ut mines decet, remittunt: præsentim etum longè meliori conditione vivum: atq; ita in his terris militiam nuerit fidem & bonam conscientiam rum. Honestè n. in hanc vitam intro fuit: ex eaq; piè exiit. Ingressus in hum no à partu virginis cibis lo xci die x satu editus Dn. *Joannis Hanau* Pharm & aromatarij, Senatorij ordinis viri matronæ honestissimæ. Paternus eju nau, *Joannis* principis in hac urbe Ty sophiae & Iatricæ tam diligentem ut lauream ab utraq; obtinuerit: &



Scan Reference Chart TE63 Serial No. 0219
Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 0219

the scale towards document

nsua
t pri
elicta
Sabina
socer
imus,
voca
catus
eritis
æ spe
ntam
colle
tes u
precis
placari
emerè
actum
al esse
os ho
defun
quām
ut reti
nec mi
audatè
rest an
embris:
is urbis
Dsvvalde
enes Ha
.philo
ederat:
discen
tium